

Exorcismus sive spectrum / Het spook of de duivelbanning

Hoe Erasmus reeds ver verheven stond boven de bijgeloovige begrippen van zijn tijd op 't gebied van spoken en duivelbanning, bewijst onderstaande samenspraak. Vinnig spot hij met de kunsten, zelfs door priesters en goed-geloovigen uitgehaald, en 't is niet te verwonderen dat zijn scherptreffende steken en prikken de geestelijkheid zijner dagen sterk tegen hem innamen. Vooral de lagere geestelijkheid was fel op hem gebeten en 't was slechts door hulp van vrienden onder de hoogere machthebbers in de kerk, zelfs te Rome, dat Erasmus de gevolgen van den door hem gewekten haat ontging.

Dat die haat diep geworteld zat, blijkt wel uit 't verhaal (waar of niet-waar) dat een zeker priester nimmer het portret van Erasmus, dat hij daartoe opzettelijk in zijn woning had opgehangen, voorbijging zonder er tegen te spuwen.

Personae: Thomas & Anselmus.

Th.

Quid est bonae rei, quod tecum rides tam suaviter,
quasi thesaurum nactus sis?

An.

Non procul aberrat a scopo tua divinatio.

Th.

Wat blij nieuws is er dat je zoo vergenoegd bij je zelven lacht, alsof je een schat gevonden hadt?

An.

Nu, zoo héél ver van de waarheid was je met je raden niet verwijderd.

Th.

At non imparties sodali quidquid istuc est boni?

An.

Imo iamdudum optabam mihi dari quempiam, in cuius sinum effunderem hoc meum gaudium.

Th.

Age igitur, imparti.

An.

Audivi modo fabulam lepidissimam, quam iures esse comicum figmentum, nisi mihi locus, personae, totaque res esset tam nota, quam tu notus es mihi.

Th.

Audire gestio.

An.

Nostine Polum Fauni generum?

Th.

Maar wil-je dan aan je vriend niet eens meedeelen wat dat voor goeds is?

An.

't Was al lang een hartewensch van me om iemand te hebben aan wiens boezem ik mijn vreugde kon uitstorten.

Th.

Welnu dan, deel mee.

An.

'k Heb daareven een allerleukst verhaal gehoord waarvan je zoudt zweren dat 't een grappig verzinsel was, als niet plaats, personen en de heele zaak mij net zoo goed bekend waren als ik u ken.

Th.

Je maakt me brandend nieuwsgierig.

An.

Je kent Polus, den schoonzoon van Faunus?

Th.
Maxime.

An.
Is est et auctor, et actor huius fabulae.

Th.
Facile crediderim. Nam ille vel absque persona possit quamvis agere fabulam.

An.
Sic est. Nosti, opinor, et praedium, quod habet non ita procul a Londino?

Th.
Phy! Non semel illic computavimus.

An.
Agnoscis igitur viam utrinque arboribus pari digestis intervallis septam.

Th.
Heel goed.

An.
Nu hij is 't die 't heele stukje heeft bedacht en heeft gespeeld.

Th.
Ik wil 't graag gelooven. Want hij kan zelfs zonder masker of vermomming elke rol spelen.

An.
Zoo is het. Dan ken-je denk ik ook 't buitentje dat hij niet ver van Londen heeft?

Th.
Of ik! we hebben daar menigmaal een goed glaasje gedronken.

An.
Dan kun-je je ook nog wel dien weg voorstellen aan beide kanten met boomen op gelijken afstand beplant?

Th.

Ad laevam aedium partem, altero fere balistae iactu.

An.

Tenes. Alterum viae latus habet alveum siccum, dumis ac vepribus obsitum: e ponticulo iter est in apertam planitiem.

Th.

Memini.

An.

Iam pridem vagabatur rumor ac fabula per eius loci rusticos, iuxta ponticulum hunc observari spectrum quoddam, cuius subinde exaudirentur miserandi eiulatus: suspicabantur, animam esse cuiuspiam, quae diris cruciatibus torqueretur.

Th.

Quis auctor erat istius rumoris?

Th.

Links van het huis een paar pijlschoten ver?

An.

Juist. Aan den eenen kant van den weg is een drooge sloot, begroeid met kreupelhout en doornstruiken. Over een smal bruggetje kom-je van daar in 't open veld.

Th.

Ja, dat weet ik.

An.

Al lang liep het gerucht en 't praatje onder de boeren van die plaats, dat bij dit bruggetje een spook werd opgemerkt, waarvan men zoo nu en dan de klagende jammerkreten kon vernemen. Men vermoedde dat 't de ziel van den een of ander was die door vreeslijke pijnigen werd gekweld.

Th.

En van wien ging dat praatje uit?

An.

Quis nisi Polus? Hoc prooemium praestruxerat suae fabulae.

Th.

Quid isti venit in mentem, ut ista configeret?

An.

Nescio; nisi quia sic est hominis ingenium: gaudet huiusmodi commentis ludere stultitiam populi. Dicam quid nuper designarit huius generis. Simul equitabamus aliquam multi Richemondam; inter quos erant, quos tu diceres cordatos homines. Coelum erat mire serenum, nec ulla usquam nubecula suffuscatum. Ibi Polus, intentis in coelum oculis, signavit totam faciem ac scapulas imagine crucis, et vultu ad stuporem composito, ita secum: Deum immortalem! quid ego video? Rogantibus, qui proxime equitabant, quid videret, rursus obsignans se maiore cruce: Avertat, inquit, clementissimus Deus hoc ostentum. Cum instarent aviditate cognoscendi, ille defixis in coelum oculis, ac digito commonstrans

An.

Wel, van wien anders dan van Polus? Dat was het voorspel van zijn stuk.

Th.

Hoe kwam hij er zoo op om dat alles te verzinnen?

An.

Weet ik? Of 't moet zijn omdat 't een eigenaardigheid van hem is. Hij houdt er van met de domheid van 't volk door zulke spelletjes den spot te drijven. Laat ik je eens vertellen wat van dien aard hij onlangs heeft uitgedacht. Gezamenlijk reden wij in nog al grooten getale te paard naar Richmond. Daar waren er onder, die je kloeke mannen zoudt kunnen noemen. Het was een prachtige, heldere hemel, door geen wolkje verduisterd. Terwijl aller oogen naar den hemel gericht waren sloeg Polus over zijn voorhoofd en zijn borst een kruis en terwijl zich op zijn gezicht schrik afteekende, sprak hij half luid in zich zelf: "God Almachtig, wat zie ik daar?" En aan zijn gezellen die 't dichtst bij hem reden en hem vroegen wat hij zag, zei hij terwijl hij nog grooter kruistekens maakte: "Moge de genadige God dit teeken afwenden." Toen allen aandrongen om toch te weten te komen wat er was, zei hij met star op den hemel gevestigde blikken en terwijl hij met zijn vinger

coeli locum, Nonne, inquit, videtis illic immanem draconem, igneis armatum cornibus, cauda in circulum retorta? Cum negarent se videre, atque ille iussisset, oculos intenderent, ac locum subinde commonstraret, tandem unus quispiam, ne videretur parum oculatus, affirmavit, se quoque videre. Hunc imitatus est unus item atque alter: pudebat enim non videre quod tam esset perspicuum. Quid multis? Intra triduum rumor hic totam Angliam pervaserat, tale portentum apparuisse. Mirum autem, quantum fama popularis addidit fabulae. Nec deerant qui, quid sibi vellet ostentum, interpretarentur serio. Horum stultitia ille, qui commentus fuerat argumentum, magna cum voluptate fruebatur.

Th.

Agnosco hominis ingenium. Sed redi ad spectrum.

An.

Interea commodum divertit ad Polum Faunus, quidam sacerdos, ex eorum genere, quibus non satis

een plek aan den hemel wees: "Ziet ge daar dan niet dien ontzaglijken draak met vurige horens gewapend en met zijn staart in een kring gedraaid?" Toen allen zeiden dat ze niets zagen en hij zei dat ze dan toch hun oogen goed moesten inspannen en hij hun intusschen de plek bleef aanwijzen zei eindelijk één dat hij 't óók zag, om niet den schijn te hebben dat hij slechte oogen had. Een tweede volgde hem na en nog weer een. Want deze schaamde zich niet te zien wat voor anderen zóó duidelijk scheen te zijn. Om kort te gaan: binnen een drietal dagen was 't gerucht als een loopend vuurtje door geheel Engeland verspreid, dat zich zulk een verschijning had vertoond. Verwonderlijk evenwel is het, hoeveel er in den mond van 't volk niet bijgekomen was. Ook waren er die in vollen ernst gingen uitleggen wat 't wonderteeken eigenlijk moest beduiden. Natuurlijk had hij die 't geheele stuk in elkaar gezet had ontzaglijk veel schik in de domheid der menschen.

Th.

O, 't is precies een bedenksel voor hèm. Maar om tot je spook terug te keeren.

An.

Intusschen komt juist bij Polus een zekere priester Faunus logeeren, één van die orde voor wie 't niet genoeg is dat ze met den latijnschen naam

est appellari Latine regulares, nisi Graece cognomen idem accinatur, parochus vici illic alicunde vicini. Is sibi non vulgariter videbatur sapere, praesertim in rebus sacris.

Th.

Intelligo, repertus est actor fabulae.

An.

Super coenam ortus est sermo de rumore spectri. Cum Polus sentiret, Fauno rumorem hunc non solum auditum esse, verum etiam creditum, coepit hominem obtestari, vir doctus ac pius succurreret animulae tam dira patienti, et Si quid dubitas, inquit, explora rem, obambula ad decimam iuxta ponticulum illum, et audies miserum eiulatum: adiunge tibi quem voles comites; ita et tutior audies, et certius.

Th.

Quid deinde?

Regulieren worden genoemd, maar die er ook nog graag den griekschen naam kanunnik aan zien toegevoegd: kortom, een parochie-priester uit 't een of ander dorp in de buurt, een man die zich verbeeldde, vooral van zaken van den heiligen dienst nog al heel wat verstand te hebben.

Th.

Ik begrijp 't. Nu hebben we de acteurs in het stuk bij elkaar.

An.

Aan den maaltijd werd gesproken over de praatjes aangaande het spook. Toen Polus bespeurde dat Faunus niet alleen 't gerucht vernomen had, maar 't ook geloofde, begon hij den man te bezweren dat hij, zoo'n geleerd en vroom man, de arme ziel, die zoo schriklijke plagen moest verduren, te hulp zou komen. "En," zei hij, "als ge soms twijfelt, onderzoek dan de zaak, wandel tegen een uur of tien eens langs dat bruggetje en dan zul-je 't droevig gejammer hooren. Neem maar mee wien je wilt om je te vergezellen. Dan zul-je veiliger hooren en tevens zekerder."

Th.

Nu, en verder?

An.

Coena peracta, Polus ex more abit venatum, aut aucupatum. Faunus obambulans, cum iam tenebrae sustulissent certum de rebus iudicium, tandem audit miserandos gemitus: hos Polus artifex mire effingebat, abditus illic in vepreto, adhibita ad id olla fictili: quo vox e cavo reddita lugubrius quiddam sonaret.

Th.

Haec fabula, ut video, vincit phasma Menandri.

An.

Magis istuc dices, si totam audieris. Faunus domum se recepit, narrare cupiens, quid audisset. Polus alia via compendiaria iam anteverterat. Ibi Faunus narrat Polo, quod erat actum, et aliquid etiam affingit, quo res esset admirabilior.

An.

Na 't eten gaat Polus, zoals gewoonlijk, weg om te jagen of op de vogelvangst. Terwijl Faunus oploopt naar 't bruggetje, toen 't al zoo donker was geworden dat men de omgeving niet duidelijk meer kon waarnemen, hoort hij eindelijk een klagend gezucht. Polus wist dat geluid allernatuurlijkst na te bootsen, terwijl hij verborgen zat in een boschje met een aarden kruik bij zich, waardoor zijn stem, die door de holte werd weerkaatst, nog ijslijker klonk.

Th.

Dit komediestuk overtreft nog 't spookstuk van den dichter Menander.¹

An.

Je zult dat nog met meer recht zeggen, wanneer je 't geheel hoort. Faunus keert naar huis terug, vol begeerte om te vertellen wat hij gehoord had. Polus was langs een korteren weg al eerder thuis gekomen. Daar vertelt Faunus aan Polus wat er gebeurd was en dikt het nog wat aan om 't nog verwonderlijker te maken.

¹ Grieksche comediedichter wiens stuk: het Spook, door den latijnschen blijspeldichter Plautus bewerkt is, onder den titel van: Aulularia, het Spookhuis.

Th.

Poterat interim Polus tenere risum?

An.

Illene? Vultum habet in manu. Dixisses rem serio agi. Tandem Faunus, vehementer obstante Polo, suscepit negotium exorcismi, ac totam eam noctem agit insomnem, dum dispicit, quibus modis rem aggredere tuto: nam sibi quoque misere metuebat. Primum itaque congesti sunt exorcismi efficacissimi, et additi novi nonnulli per viscera beatae Mariae, per ossa beatae Werenfridae. Deinde delectus est locus in planitie vicina vepreto, unde vox exaudiebatur: circumductus est circulus satis amplus, qui crebras haberet cruces, variasque notulas. Haec omnia peragebantur verbis conceptis. Adhibitum est vas ingens, plenum aquae consecratae. Addita est in collum sacra stola, quam vocant, unde pendebat initium Evangelii secundum Ioannem. In oculis habebat cerulam, a Romano Pontifice quotannis consecrari solitam, quae vulgo dicitur Agnus Dei. His armis olim se muniebant adversus

Th.

Kon Polus intusschen zijn lach bedwingen?

An.

Hij? Hij heeft zijn gelaatsspieren geheel in zijn macht. Men zou er op gezworen hebben dat 't een hoogst ernstige zaak gold. Eindelijk neemt Faunus, op sterk aandringen van Polus de taak van de duivelbanning op zich en brengt dien ganschen nacht in slapeloosheid door, terwijl hij overlegt hoe hij op veilige wijze de zaak zal aanpakken. Want hij was voor zijn eigen hachje leelijk bang. Eerst werden dus de meest uitwerkende duivelbanningsformulieren bijeengebracht, en hij voegde er nog eenige nieuwe bij, bijv. één: "bij de ingewanden der zalige Maagd Maria," een ander: "bij het gebeente van de Heilige Werenfrieda." Vervolgens wordt er een plaats uitgezocht in 't open veld, dicht bij 't struikgewas waaruit de stem placht gehoord te worden: daaromheen was een tamelijk wijde cirkel getrokken, waarin verscheiden kruisteevens en andere figuren stonden. En dat alles geschiedde onder 't uitspreken van allerlei formulieren. Daarbij werd een groote bak geplaatst vol wijwater. Ook hing zich de duivelbanner een heilige stoel om den hals, waarvan een perkament afhing dat 't begin bevatte van 't Evangelie naar Johannes. In een tasch droeg hij bij zich een wassenbeeldje, zulk een, als waarover de Paus jaarlijks zijn

noxios daemones, prius quam illis Francisci cuculla
coepit esse formidabilis. Haec omnia procurata sunt,
ne, si spiritus malus esset, impetum faceret in
exorcistam. Nec tamen ausus est se solum huic
circulo committere: sed decretum est, adhibendum
esse sacerdotem alterum. Ibi Polus metuens, ne, si
nasutior adiunctus fuisset, proderetur fabulae
mysterium, adiungit parochum quendam ex vicina,
cui rem totam aperit: sic enim postulabat actio
fabulae; et erat is qui a tali ludo non abhorreret.
Postridie rebus omnibus rite praeparatis, sub horam
decimam Faunus cum parochio circulum ingreditur.
Polus, qui praecesserat, e vepreto gemit miserabiliter.
Faunus auspicatur exorcismum. Interim Polus clam
per tenebras subducit se in villam proximam. Illinc
adducit aliam personam fabulae: nec enim poterat
nisi per multos agi.

Th.

Quid faciunt?

zegen uitspreekt en die men doorgaans "het Lam Gods" noemt. Met
deze wapens beschermde men zich oudtijds tegen booze geesten,
vóórdat de monnikspij van den Heiligen Franciscus van Assisi hun
schrik had aangejaagd. Al deze voorzorgsmaatregelen waren genomen
om te verhoeden dat de geest, als 't soms een booze was, op den
duivelbanner een aanval zou doen. Maar hij durfde zich toch niet alleen
toevertrouwen aan zijn cirkel. Men besloot er nog een tweeden priester
bij te nemen. Nu werd Polus bang dat, als er een slimmerd bijgenomen
werd, 't geheim van zijn komedie zou worden verraden, en hij gaf hem
tot helper een pastoor uit de buurt, aan wien hij de geheele toedracht
verhaald had. Dat toch eischte de geheele opzet van 't stuk en 't was
iemand die van zoo'n stukje in 't geheel geen afkeer had. Toen op den
volgenden dag alles behoorlijk gereed gemaakt was, stapt tegen tien uur
Faunus met den pastoor zijn gewijden kring binnen. Polus, die
vooritgegaan was, heft uit het boschje zijn geweeklaag aan en Faunus
begon nu 't banningswerk. Onderwijl sloop Polus heimelijk naar een
naastbijzijnde boerderij. Vandaar brengt hij een nieuwen persoon mee
voor zijn komedie, want die kon alleen gespeeld worden met behulp
van velen.

Th.

Wat doen ze?

An.

Conscendunt equos nigros, ignem occultum secum ferunt. Ubi non procul abessent a circulo, ignem ostentant, quo metu Faunum abigerent e circulo.

Th.

Quantum operae sumpsit Polus ille, ut falleret!

An.

Sic est homo. Verum ea res propemodum pessime cesserat illis.

Th.

Qui sic?

An.

Nam equi subito prolato igne consternati, parum abfuit, quin et se praecipitent, et sessores. Habes primum actum fabulae. Ubi reditum est in colloquium, Polus velut ignarus omnium, rogat, quid esset actum. Ibi Faunus narrat, sibi conspectos duos

An.

Ze bestijgen zwarte paarden en dragen brandende lantaarns bij zich, maar zóó dat ze die verborgen houden onder hun mantels. Toen ze niet ver van den kring af waren, hielden ze dit licht voor zich uit om Faunus bang te maken en uit zijn cirkel te verdrijven.

Th.

Wat een moeite deed die Polus toch om den ander te foppen!

An.

Ja, zoo is hij. Maar dat zaakje was bijkans leelijk voor hem uitgekomen.

Th.

Hoe dan?

An.

Wel, 't scheelde weinig of de paarden, verschrikt door dat zoo plotseling vertoonde licht, waren neergestort met hun berijders en al. Dat is nu 't eerste bedrijf van 't stuk. Toen ze daarop later op den avond weer bij elkander kwamen en in gesprek geraakten, vroeg Polus (alsof hij van niets afwist) wat er gebeurd was. Toen vertelt Faunus dat hij

teterrimos cacodaemones, in nigris equis oculis igneis, ac naribus spirantes ignem, qui tentassent ingredi circulum, verum efficacibus verbis abactos in malam rem. His rebus cum accrevisset animum Fauno, postero die summo cum apparatu rediit in circulum: cumque diu multis obtestationibus provocasset spectrum, Polus rursum cum collega suo procul ostendit sese ex equis atris horrendo fremitu, quasi cuperent irrumpere in circulum.

Th.

Nihil habebant ignis?

An.

Nihil; nam id male cesserat. Sed audi aliud commentum. Ducebant longum funem: eo leviter per humum tracto, dum hinc atque hinc uterque se proripit, velut abacti exorcismis Fauni, sacerdotem utrumque, una cum vase quod habebant aquae sacrae plenum, provolvunt in terram.

twee afschuwelijke, booze geesten aanschouwd had, uit hun neus vuur blazende, die geprobeerd hadden den cirkel te betreden, maar er door zijn krachtige tooverwoorden leelijk waren afgekomen. Toen hierdoor bij Faunus de moed toegenomen was, keerde hij op den volgenden dag met grooter praal weer terug in zijn afgesloten kring en nadat hij met machtige bezweringen 't spook opnieuw had opgeroepen, vertoonde Polus zich weer met zijn makker in de verte op hun zwarte paarden, met angstwekkend gesnuif, doende alsof zij binnen den kring wilden dringen.

Th.

Hadden ze hun lantaarns weer bij zich?

An.

Neen: want dat was hun niet goed bevallen. Maar 'k zal je een ander verzinsel van hen vertellen. Ze brachten een lang touw met zich mee. Dat lieten ze zachtjes over den grond sleepen en terwijl ze beiden aan weerskanten voortreden alsof ze door de tooverspreuken van Faunus werden voortgejaagd, sloegen ze de beide pastoors tegelijk met den pot dien ze met wijwater gevuld bij zich hadden, tegen den grond.

Th.

Hoc praemii tulit pro sua actione parochus?

An.

Tulit: et tamen maluit hoc perpeti, quam deserere coeptam fabulam. His ita gestis, ubi reditum est ad colloquium, depraedicat apud Polum Faunus, quanto fuisset in periculo, et quam fortiter utrumque cacodaemonem suis verbis profligasset: iamque certam conceperat fiduciam, nullum esse tam noxium aut impudentem daemonem, qui posset in circulum irrumpere.

Th.

Faunus ille non multum abest a fatuo.

An.

Nihil adhuc audisti. Hucusque progressa fabula, commodum supervenit Poli gener: nam eius filiam duxerat natu maximam: iuvenis, ut scis, ingenio mire festivo.

Th.

Kreeg de arme kapelaan dat nu als belooning voor zijn medewerking?

An.

Ja: en hij wilde dat liever dulden dan zich aan de eenmaal begonnen komedie te onttrekken. Toen ze hierna weer bij elkaar kwamen en aan 't praten gingen, pochte Faunus er tegenover Polus op, in welk een groot gevaar hij had verkeerd en hoe flink hij door zijn tooverspreuken de beide booze geesten op den loop had gejaagd. Hij was innig overtuigd dat er geen geest zóó schadelijk of onbeschaamd kon wezen die binnen den door hem afgebakenden kring zou durven komen.

Th.

Die Faunus heeft heel veel van een grooten malloot.

An.

Stil; je hebt eigenlijk nog niets gehoord. De komedie was nu zoover gevorderd, toen, juist van pas, de schoonzoon van Polus er bij kwam. Hij is n.l. met diens oudste dochter getrouwd. 't Is, zooals je weet, een echt vroolijke snaak.

Th.

Scio: nec abhorrens ab huiusmodi iocis.

An.

Abhorrens? Nullum ille vadimonium non desereret, si talis vel spectanda, vel agenda esset fabula. Huic socer rem omnem denarrat, atque illi delegat partes, ut animam agat. Sumit ornatum, ac lubens; convolvit se linteo, quemadmodum apud nos solent funera: habet prunam vivam in testa, quae per linteum reddebat speciem incendii. Sub noctem itum est ad locum, ubi haec agebatur fabula. Audiuntur miri gemitus. Faunus expedit exorcismos omnes. Tandem procul inter vepretum ostendit sese anima, subinde ostentans ignem, ac misere suspirans. Hanc cum Faunus obtestaretur, ut eloqueretur quisnam esset, subito prosiliit e vepreto Polus ornatu cacodaemonis, fictoque fremitu: Nihil, inquit, tibi iuris est in hanc animam: mea est; ac subinde procurrit usque ad oram circuli, velut impetum facturus in exorcistam; moxque velut submotus verbis exorcismi, et vi aquae sacrae, quam illi multa aspersione, retrocessit. Tandem

Th.

Dat weet ik: van zulke grapjes heeft hij geen afkeer.

An.

Een afkeer...? Hij zou elken borg in den steek laten, als hij zoo'n stukje kon zien vertoonen of er in mee mocht spelen. Zijn schoonvader vertelt hem de geheele toedracht en draagt hem de rol op, om voor de ziel te spelen. Hij neemt een vermomming aan en met wát een plezier! Hij wikkelt zich in een laken, in zulk een als waarin bij ons de lijken worden afgelegd: hij neemt een aangeglommen kool in een test bij zich, die, door 't laken heen, een gloeienden weerschijn gaf. Tegen den tijd dat 't donker werd gingen ze naar de plaats waar de komedie werd afgespeeld. Men hoorde er een vreemd gezucht. Faunus komt met al zijn tooverformulieren voor den dag. Eindelijk vertoonde zich de schim tusschen het struikgewas, zoo nu en dan zijn vuur toonend en jammerlijk zuchtend. Toen Faunus hem bezwoer te zeggen wie hij toch was, sprong plotseling uit 't struikgewas Polus in de vermomming van den boozen geest voor den dag en riep met huilende stem: "ge hebt geen recht op deze schim: ze is van mij," en hij liep verscheidene malen tot aan den rand van den tooverkring, als wilde hij op den duivelbanner aanvliegen. Maar dadelijk teruggeschrikt door de woorden van het tooverformulier en door de krachtige werking van het wijwater, dat de

abacto paedagogo daemone, nascitur dialogismus
Fauni cum anima. Percunctanti et obtestanti,
respondit se esse animam Homini christiani. Rogata,
quo nomine vocaretur, respondit: Faunus. Faunus,
inquit, idem mihi nomen est. Iamque ex communi
nomine res coepit illi magis esse cordi, ut Faunus
Faunum liberaret. Cum Faunus multa percunctaretur,
ne diutina confabulatio proderet fucum, subducebat
sese anima, negans sibi fas esse diutius colloqui,
quod tempus urgeret, quo cogeretur abire, quo liberet
daemoni; pollicita tamen est, sese postridie
redituram, hora qua fas esset. Rursus convenitur in
aedibus Poli, qui choragus erat fabulae. Ibi denarrat
exorcista, quid esset gestum, nonnulla etiam
admentiens, quae sibi tamen persuadebat esse vera.
Adeo favebat negotio, quod agebatur. Iam hoc
compertum erat, scilicet, animam esse Christianam,
quae sub inclementissimo daemone diris cruciatibus
vexaretur. Huc omnis conatus intenditur. Verum in
exorcismo proximo ridiculum quiddam accidit.

ander in groote hoeveelheid had gesprenkeld, trok ze zich terug.
Eindelijk was de booze geest verdreven die zich als beschermer van de
ziel had opgedaan en er ontspoon zich een gesprek tusschen Faunus en
de ziel. Op de nadrukkelijke vraag van Faunus antwoordde de
verschijning dat zij de ziel was van een Christen. Op de vraag hoe hij
heette, was het antwoord: "Faunus." "Faunus, zoo heet ik óók." En
thans trok hij zich de zaak nog meer aan, nu het een naamgenoot gold.
Hij, Faunus, moest toch den anderen Faunus verlossen. Terwijl Faunus
nu met allerlei vragen aankwam, pakte de schim zijn biezen, omdat hij
bang werd dat het rekken van het onderhoud 't bedrog soms aan den
dag zou brengen. Hij zei dat hij niet langer praten mocht, omdat het
hoog tijd was daarheen terug te keeren, waarheen zijn kwelgeest hem
dreef. Maar hij beloofde op den volgenden dag, als 't mocht, terug te
keeren. Weer komt men ten huize van Polus bijeen, den regisseur van
de komedie. Daar vertelt de duivelbanner wat er gebeurd is, er nog 't
een en ander bijbordurend, maar waarvan hij zelf geloofde dat het waar
was. Zóó werkte hij het in de hand dat hem die poets gebakken werd.
Zóóveel wist men nu dat het de ziel was van een Christen die door een
alleronbarmhartigsten kwelgeest op de gruwelijkste wijze werd
gepijnigd. In die richting wordt dus gewerkt. Maar bij de volgende
duivelbanning gebeurt iets lachwekkends.

Th.

Obsecro quidnam?

An.

Cum Faunus evocasset animam, Polus, qui daemonem agebat, prorsus sic assiliit, quasi intra circulum irrupturus, cumque contra Faunus pugnaret exorcismis, multamque vim aquae aspergeret, tandem exclamat daemon, se ne pili quidam facere ista omnia: Rem, inquit, habuisti cum puella; mei iuris est. Id cum Polus ioco diceret, tamen forte fortuna verum dixisse visus est: nam exorcista hoc dicto tactus, ilico recepit se in centrum circuli, et nescio quid immussavit in aurem parocho. Id Polus sentiens, recepit sese, ne quid audiret, quod audire fas non esset.

Th.

Sane polus religiosum ac verecundum agebat daemonem.

Th.

Zeg eens, wat dan?

An.

Toen Faunus de schim had opgeroepen, springt Polus, die de rol van den kwelgeest speelde, vooruit alsof hij in den kring wil binnendringen: en toen Faunus zich daartegen met zijn banspreuken verzette en een massa wijwater sprenkelde, riep eindelijk de kwelgeest uit, dat hij om dat alles geen cent gaf. "Je hebt," riep hij uit, "verboden omgang gehad met een meisje, en nu ben je in mijn macht." Terwijl Polus dit slechts uit de grap zei, bleek het dat hij toevalliger wijze de waarheid had gezegd. Want op den duivelbanner maakte dit grooten indruk en hij trok zich binnen in zijn tooverkring terug en fluisterde den kapelaan iets in het oor. Polus ging, toen hij dit merkte, een weinig achteruit, om niet af te luisteren wat hij niet mocht hooren.

Th.

Polus speelde de rol van kwelgeest op vrome en bescheiden wijze.

An.

Sic est, reprehendi poterat actio, quod parum meminisse decori. Exaudivit tamen parochi vocem indicentis satisfactionem.

Th.

Quam?

An.

Ut ter diceret praecationem dominicam: ex hoc coniiiciebat, illum ter habuisse rem eadem nocte.

Th.

Hoc sane regularis ille praeter regulam.

An.

Homines sunt et lapsus erat humanus.

Th.

Perge: quid deinde factum.

An.

Ja zeker. Want zijn handelwijze had berispt kunnen worden, in zooverre dat hij de betamelijkheid wat uit het oog verloren had. Hij hoorde intusschen de stem van den pastoor die zei dat Polus eenige boete moest doen.

Th.

Welke boete?

An.

Dat hij drie maal 't Onze-Vader moest bidden, waaruit hij opmaakte dat Polus in dien eigen nacht drie malen 't meisje gezoend had.

Th.

Dat was een ordebroeder buiten de orde!

An.

Och, 't zijn óók menschen en een mensch kan struikelen!

Th.

Nu, en verder?

An.

Iam Faunus ferocior redit ad oram circuli, et vitro provocat daemonem. At ille iam timidior refugiebat. Fefellisti me, inquiens: si sapuissem, non monuissem te. Persuasum est hoc multis, quae semel sacerdoti confessus sis, prorsus abolita esse e memoria daemonis, ne possit opprobrire.

Th.

Iocum plane ridiculum narras.

An.

Sed, ut aliquando finiam fabulam, diebus aliquot hunc in modum colloquium habitum est cum anima. Summa huc evasit. Roganti exorcistae, num qua via posset a cruciatu liberari, respondit ille, posse, si pecunia, quam reliquisset fraude partam, restitueretur. Ibi Faunus, Quid, inquit, si per bonos viros dispensaretur in pios usus? Respondit, et hoc profuturum. Heic exhilaratus exorcista, summa diligentia percunctatus est, quanta esset summa. Illa

An.

Faunus keert weldra nog woedender naar den rand van den kring terug en daagt den kwelgeest uit. Maar gene tracht, allengs weer schuw geworden, steeds terug te wijken. "Gij hebt mij verschalkt," zeide hij; "als ik verstandig geweest was, had ik u niet moeten waarschuwen." Ge weet dat veel menschen meenen dat 't geen men éénmaal aan een priester heeft gebiecht, geheel uit 't geheugen van den duivel is uitgewischt, zoodat deze er nooit meer gebruik van kan maken.

Th.

Een kostelijke grap!

An.

Maar om nu eindelijk 't verhaal te besluiten: gedurende eenige dagen werden op die manier met de schim gesprekken gehouden. Ten slotte kwam het hierop neer: de geestenbezweerder, die vroeg of de schim op de een of andere manier van zijn kwellingen kon worden verlost, kreeg van deze ten antwoord, dat dit wel kon wanneer 't door bedrog verworven geld, dat hij ergens op een plaats verborgen had achtergelaten, werd teruggegeven. Waarop Faunus vroeg: "als 't nu eens door rechtschapen, vrome mannen tot goede doeleinden werd aangewend?" "Dat zou ook al voldoende wezen," antwoordde de schim.

dixit,ingentem; quod illi erat bonum atque commodum. Indicavit et locum, sed procul dissitum, ubi thesaurus heic defossus esset. Praescipsit in quos usus vellet impendi.

Th.
In quos?

An.
Ut tres susciperent peregrinationem, quorum unus adiret limina Petri, alter iret salutaturum Iacobum Compostellanum, tertius oscularetur pectinem Iesu, qui est Treveris. Deinde per aliquot monasteria magna vis psalteriorum, ac missarum perageretur. Quod superesset, ipse pro suo arbitratu dispensaret. Iam totus erat in thesauro Fauni animus; illum toto pectore devorat.

Th.
Vulgaris morbus est, quanquam hoc nomine

Verheugd over dit antwoord vroeg onze duivelbanner met groote nauwkeurigheid hoeveel de som bedroeg. De ander noemde een groote som, zooveel als hem goed dacht. Hij wees ook een plaats aan, maar nog al veraf gelegen, waar die schat begraven zou zijn. Hij gaf voorschriften, tot welke doeleinden hij wilde dat het geld zou worden besteed.

Th.
Waartoe moest dat?

An.
Dat drie menschen elk een bedevaart moesten doen: één naar den zetel van Petrus, een ander om den heiligen Jacobus te Compostella te gaan begroeten en de derde moest de kam van Jezus gaan kussen, die te Trier bewaard wordt. Verder moest in verschillende kloosters een groote menigte psalmen gezongen en missen gelezen worden. En wat er overschoot van het geld mocht Faunus naar eigen believen besteden. Onze Faunus was met al zijn denken bij dien schat: hij had hem in zijn gedachten al verslonden.

Th.
Ja, dat is een algemeene kwaal, ofschoon in 't bijzonder de priesters in

peculiariter male audiunt sacerdotes.

An.

Ubi nihil esset omissum, quod ad pecuniae negotium pertineret, exorcista submonitus a Polo, coepit animam de curiosis artibus percunctari, de alcumistica, deque magia. Et ad haec anima quaedam respondit pro tempore, ceterum pollicita, se plura indicaturam, simul atque illius opera liberata fuisset a paedagogo daemone. Sit hic, si videtur, tertius fabulae actus. In quarto Faunus coepit ubique serio praedicare rem prodigiosam, nihil aliud crepare in colloquiis, in conviviis; polliceri monasteriis magnifica quaedam: et omnino nihil iam humile loquebatur. Adiit locum, reperit signa, non ausus tamen est effodere thesaurum, quod anima iniecisset scrupulum, ingenti periculo facturum, si prius, quam essent peractae missae, thesaurus attingeretur. Iam multis nasutioribus subolebat fucus. Cum tamen ille nusquam non depraedicaret suam stultitiam, clam admonitus est ab amicis, praesertim ab Abbate suo, ne qui hactenus habitus esset vir prudens, nunc

dat opzicht een kwaden naam hebben.

An.

Toen alles op het punt van het geld geregeld was, begon de duivelbezweerder, daartoe door Polus aangezet, de schim te ondervragen over zeldzame en geheime kunsten, over goudmakerij en tooverkunst. Ook hierop antwoordde de schim 't een en ander voor de omstandigheden passend, maar met de belofte dat hij nog meer aanwijzingen zou geven zoodra hij door zijn toedoen van zijn kwelgeest bevrijd zou zijn. Dat mag je nu, als je wilt, het derde bedrijf van de komedie noemen. In het vierde bedrijf begon Faunus overal in vollen ernst de verwonderlijke zaak uit te bazuinen: hij klapte over niets anders in zijn gesprekken en aan maaltijden; hij beloofde aan kloosters prachtige geschenken, wist heelemaal niet meer van bescheidenheid in zijn spreken. Ook ging hij naar de plaats waar de schat begraven moest liggen; vond de aangewezen teekens, maar durfde toch niet naar den schat te graven, omdat de geest hem bang gemaakt had, dat 't met groot gevaar voor hem verbonden zou zijn, wanneer de schat werd aangeraakt vóór de vereischte missen waren gelezen. Veel menschen die wat fijner neus hadden dan hij, begonnen al lont te ruiken. Maar toen hij overal en bij elke gelegenheid zijn dom bijgeloof uitkraamde, kreeg hij van zijn vrienden en vooral ook van den

diversam de se speciem daret omnibus. Ille tamen nullius oratione potuit commoveri, quo minus crederet, rem esse seriam, adeoque penitus haec imaginatio occupavit animum hominis, ut praeter spectra et malos genios nihil loqueretur. Abierat mentis habitus in ipsam faciem, quae sic pallebat, sic erat extenuata, sic deiecta, ut larvam esse diceret, non hominem. Quid multis? minimum aberat a vera dementia, ni celeri remedio succursum fuisset.

Th.

Nimirum hic erit extremus actus fabulae.

An.

Eum tibi reddam. Polus et huius gener huiusmodi technam commenti sunt. Effinxerunt epistulam raris literis descriptam, idque non in chartis vulgaribus, sed in his, in quibus artifices reponunt bracteas auri, subrubentibus, ut scis, luto. Epistolae sententia haec erat: Faunus dudum captivus, nunc liber, Fauno liberatori suo optimo salutem aeternam. Non est, mi

abt van zijn klooster een wenk, om zijn goeden naam als verstandig man, dien hij tot nog toe bij de menschen had gedragen, niet te grabbelen te gooien. Maar hij was niet voor rede vatbaar en bleef de zaak als ernstig beschouwen. Zóózeer had de verbeelding in 't gemoed van den man post gevat, dat hij over niets anders sprak dan over spoken en booze geesten en van niets anders droomde. Die gemoedsgesteldheid was zelfs op zijn gezicht te lezen, dat zóó bleek was en zóó vervallen, dat hij wel een schim geleek, geen mensch. Om kort te gaan, hij zou zeker spoedig krankzinnig zijn geworden, als men hem niet met een snel toegepast middel te hulp ware gekomen.

Th.

Nu komt zeker het laatste bedrijf van het stuk.

An.

'k Zal 't je vertellen. Polus en zijn schoonzoon bedachten den volgenden streek. Zij verzonnen een brief, met vreemde letters geschreven en dat wel op niet gewoon papier, maar op zulk papier, waarin de goudfiligraanwerkers hun fijne plaatjes goud leggen, zooals je wel weet, van zoo'n roodbruine kleur. De inhoud van den brief was als volgt: "Faunus, die lang gevangen werd gehouden, maar nu vrij is, zendt zijn eeuwigen groet aan zijn edelen bevrijder Faunus. Er is geen

Faune, cur te diutius in hoc negotio maceres; respexit deus animi tui piam voluntatem, et illius merito me liberavit a suppliciis: ego nunc feliciter ago inter angelos. Te manet locus apud divum augustinum, qui proximus est apostolorum choro. Ubi veneris ad nos, agam tibi gratias coram. Interim cura ut vivas suaviter. Datum e coelo empyreo, Idibus Septembribus, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, sub sigillo annuli mei. Haec epistola clam posita est in altari, ubi facturus erat rem divinam Faunus. Ea peracta subornatus est, qui eum submoneret de re, quasi casu deprehensa. Nunc eam circumfert epistolam, et ostentat ceu rem sacram: nihilque credit certius, quam eam e coelo perlatam ab angelo.

Th.

Istud non est liberasse hominem insania, sed mutasse insaniae genus.

An.

Sic est profecto, nisi quod nunc insanit suavius.

reden, Faunus, om u langer te mijnen behoefte te kwellen. God heeft den goeden wil van uw gemoed gezien en mij daarom, terwille van de verdiensten uwer ziel, ontslagen. Thans leef ik gelukkig onder de engelen. U staat een verblijf bij den Heiligen Augustinus te wachten, die zich 't dichtst bevindt bij de rij der Apostelen. Wanneer gij tot ons komt, zal ik u persoonlijk dankzeggen. Leef gij intusschen maar behagelijk voort. Geschreven in den Hemel, op den 13en September van 't jaar 1498, met 't zegel van mijn zegelring." Deze brief werd heimelijk op 't altaar gelegd waarop Faunus de mis zou gaan bedienen. Toen de dienst was afgelopen kwam er iemand die daartoe was aangezocht, hem opmerkzaam maken op den brief, als had hij dien bij toeval gevonden. Hij draagt nu den brief met zich rond en toont dien als een heilig iets. Hij gelooft vast en zeker dat die brief door een engel uit den hemel is aangebracht.

Th.

Maar wat je daar vertelt dat is niet een mensch van waanzin bevrijden, maar alleen den aard van waanzin veranderen.

An.

Ja zoo is het: alleen met dit onderscheid dat zijn waanzin nu wat

aangenamer is.

Th.

Antehac non soleo multum tribuere fabulis, quae vulgo feruntur de spectris; sed posthac multo minus tribuam: suspicor enim ab hominibus credulis, et Fauni similibus, multa pro veris prodita literis, quae simili artificio sunt adsimulata.

An.

Ego pleraque huius generis esse credo.

Th.

Vroeger hechtte ik gewoonlijk niet veel aan verhaaltjes over spoken, maar voortaan zal ik er nog veel minder om geven. Ik vermoed toch dat door goedgeeloovige mensen, lieden zooals Faunus, veel als waar wordt te boek gesteld, wat met dezelfde kunstgrepen in elkaar is gezet.

An.

Nu, ik geloof dat 't meerendeel van dien aard is.